

1526 ex sermone , vultuque hostium lætitiam recipiendæ Mediola-nensis arcis conjectans , constanter negavit Sfortiam Cremonen-sem traditurum . Iis , quas diximus , conditionibus arx a Bor-bonio , Cæsareanisque ducibus recepta est , illamque Hispani milites explicatis signis lætabundi ingressi sunt . Dux vero cum suis egressus , Gajaci Comite cum ducentis cataphractis equiti-bus , turmisque militum comitante , statim a Venetorum impe-ratore , ac legatis in foederatorum castris moerore confessus , diuturnaque ægritudine imbecillus exceptus est ; nullaque inter-jcta mora , initæ cum Cæsareanis deditiois conditiones impe-ratori Veneto , ac legatis ostendit ; qui omni studio licet ni-teretur Sfortiæ animum ab hostibus avertere , neque , si suæ dignitatis , commodique rationem habere velit , inquis pacis conditionibus , quas illi invito expressissent , assentiendum es-se ; attamen Dux sævientis fortunæ impetum diu expertus , tu-tius putabat Cæsarisi liberalitati , voluntatique se credere , quam in præteritas firtes , ac scopulos denuo impingere . Quapropter Sforcinum Comum præmisit , qui de illius adventu Cæsarea-nos certiores faceret , Hispanorumque militum præsidium amo-vendum curaret . Verum Cæsareanis , Comum Sfortiæ traditu-ros , non milites ablatores , pacatos se esse , dicentibus , Dux Hi-spanas calliditates , artesque agnoscens cito a superiori consili-o , speque dejectus , totum se foederatorum voluntati per-misit , & foedus Conjaci iustum amplexus est .

Quæ in Gallia Cisalpina quindecim dierum spatio , nempe ab viij. idus julii usque ad xj. kalen. augusti gesta fuerant , con-ceptæ ab omnibus de belli successu egregiæ spei cum non re-spondissent , diuturnum , variisque utrinque cladibus bellum fore portendebant . Foederatorum diversi fines , dubiæ mentes , incerta auxilia , non idem animus erat . Pontifex , qui neque res magnas animo sustinere , neque difficultatibus vi , ac ma-gnanimitate mentis obsistere assueverat , jam labare animo , con-sternari ; neque se fatis ad tanti belli molem subeundam para-tum esse animadvertere ; cum in primis pecunia maxime labo-raret , ac in toto ferme illius imperio novi motus suboriren-tur , quibus vel retundendis , vel avertendis impar esse vi-debatur . In Carporum oppido trecenti Hispani pedites cum parva equitum manu ditionis Ecclesiæ agros assiduis excursio-nibus

Sfortia , &
Gajaci Co-
mes in fo-
deratorum
castris.

Sfortia fa-
tus Conja-
cense am-
plexum.